

In. 4141  
22  
**D. D.**  
**PLANTARUM**  
**JAMAICENSIVM**  
**PUGILLUS,**

21

102

BS

QUEM  
CONSENS. EXPERIENT. FAC. MEDICÆ  
IN REGIA ACADEMIA UPSALIENSI,

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO ET EXPERIENTISSIMO

**Dn. Doct. CAROLO**  
**LINNÆO,**

ÆQVIT. AURAT. DE STELLA POLARI,  
S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATRO,  
MEDIC. ET BOTAN. PROFESSORE REG. & ORD.  
ACADEM. SCIENT. UPSAL. HOLMIENS. PETROPOL.  
BEROLIN. IMP. NAT. CUR. LONDIN. MONSPEL.

TOLOS. ET FLORENT. SOCIO,  
h. t. RECTORE MAGNIFICO,  
SPECIMINIS ACADEMICI LOCO,  
PUBLICÉ EXAMINANDUM SISTIT

ALUMNUS REGIUS

**GABRIEL ELMGRÉN,**  
**SMOLANDUS.**

IN AUDIT. CAR. MAJ. DIE XXVIII. NOVEMBR.  
ANN. MDCCCLIX.

*H. A. M. S.*

---

UP SALIÆ

Großhandlaren i Stockholm,  
Ådel och Högagtad  
**Herr MAGNUS QUAST  
PETERSSON,**

Samt

Fabriqueuren  
Ådel och Högagtad

**Herr GUSTAV HINDRICH  
BAUMGARDT,**  
MINE HÖGTÅRADE K. MORBRÖDER.

**W**ett och Dygd med helgad ifwer,  
Som åt Fosterlandet gifwer  
Såker styrka, önskad frögd,  
Som med Handel och Fabriker  
Gör att Lyckan till off fiker  
I vår bygd,  
Bör af off ej nånsin glömas,  
Nej, förtjänst bör rått berömas,  
Dertill är ju största skål.  
Att jag härmed will beprisa  
Godhet, som J mig täcks wisa,  
Tyden wål.

MINE HÖGTÅRADE K. MORBRÖDERS

Ödmjukaste tjänare,  
**GABRIEL ELMGREN.**



## PRÆFATIO.

**U**bi vastissima simul ac pulcherrima plantarum rariorum collectio, quam in insula Americae Jamaica fecerat D.D. BROWNIUS, ad Museum N.D. PRÆSIDIS accesserat, hoc rei herbariæ insigne incrementum omnes studii Botanici cultores lætiori animo inspeximus, quod eo nos Flora ditare videbatur thesauro, qui omnium, quantumlibet acutissimorum Botanicorum oculos hactenus latuerat. Ego vero, postquam ad ductum fili ariadnæi, quod nobis præbet Tom. II. præstantissimi Operis Syst. Nat. edit. 10:mæ, qualemcunque in plantis vivis examinandis ac describendis facultatem acquisiveram, id a N. D. PRÆSIDE impetravi, ut delineando nonnullas plantas Jamaicenses periclitarer, quantum vires meæ in siccatis examinandis valerent. Jam expertus novi longe esse difficilius plantas exsiccatas quam vivas delineare; cum partes plantæ aridæ, optimas daturæ notas, saepe adeo evanescerint

nuerint & exaruerint, ut pænè omnem nostram eludant perspicaciam; juxta vero cognovi, descriptiones maxime prolixas non semper ideam plantæ lectori si-  
stere dilucidissimam; in primis si eæ negligantur no-  
tæ, quæ maximum adferunt lucis, partium loquor,  
in primis foliorum numerum, figuram, situm &  
proportionem, quippe quorum in delineatione plan-  
tæ cuiusdam maxime habenda est ratio. Quocirca  
hoc observandum, quod in quibusdam ordinibus na-  
turalibus situs foliorum adeo existat communis, ut  
nec hujus commemoratione sit opus: scilicet in Tetra-  
dynamia & Diadelphia folia sunt alterna, in Didy-  
namia gymnospermia vero opposita. Ad scalam geo-  
metricam foliorum instituere mensuram, quamvis  
receptissimum sit, profecto tamen & risu & comini-  
seratione dignum judico; cum mutato plantæ solo,  
ipsius & folia haud raro magnitudine mutantur. Pro-  
portio autem foliorum magis, licet non maxime, va-  
let. In his descriptionibus præcisis ea tantum nota-  
vi, quæ visa fuerunt evidentiora. Et quoniam uni-  
ca alterave nota, in planta obscuriore data, multum  
ad fert Botanico in ea dignoscenda lucis; speraveram,  
me rem, nec prorsus ingratiam, nec inutilem Rei her-  
bariæ studiosis allaturam, dum breves has & com-  
pendiosissimas plurium rarissimarum plantarum siste-  
descriptiones. Meos vero, C. L., ut eodem, quo a-  
liorum soles, innocios conatus excipias favore, etiam  
atque etiam rogo.

DIAN-

## DIANDRIA.

1. JUSTICIA *assurgens*; similis Just. *sexangula-*  
*ri*, sed Bracteæ angustæ, acuminatæ.
  2. PASPALUM *distichum*. Culmus pedalis, te-  
nuis. Folia angusta. Spicæ duæ: altera peduncu-  
lo breviore. Spicæ rachis membranacea, flexuo-  
sa, a pagina tantum exteriore instructa *floribus*  
sessilibus, alternis, imbricatis. Calyx & Corolla  
ovata, acuminata, nec orbiculata.
  3. PIPER *verticillatum*. Saururus 8. Brown. jam.  
204. Herba tenera, erecta, digitalis. Folia verti-  
cillata, 3, 4 f. 5, ovata, obtusa, succulenta, tri-  
nervia, integerrima, petiolata. Spicæ simplices,  
foliis multoties longiores.

## TRIANDRIA.

4. SCHOENUS secans. Culmus triqueter marginibus denticulatis. Folia margine & carina aculeata. Panicula pubescens.

5. CYPERUS ligularis. Involucrum longissimum, quadripedale: foliolis margine & carina aculeis minutissimis. Umbellæ radii plures, triquetri, læves, longitudine inæquales. Spicæ plures, pedicellatae, oblongæ, capitatae, decussatim sæpe positæ cum capitellis ad earum basin. Capitula hæc congesta e spiculis subulatis, sessilibus, undique confertis.

6. **SCIRPUS mutatus** admodum similis *Scirpo articulato*, sed differt culmo triquetro, minime articulato.
7. **PANICUM hirtellum.** *Panicum I. Brown. jam. 133.* Culmus tenuis. Folia lata s. ovato-lanceolata. Spica composita ex spiculis 9 s. 10, alternis, sessilibus, erectis, remotis, secundis, rachi adpressis. Flosculi singulo denti gemini insidentes, subsessiles, extrorsum versi, pubescenti-canescentes. Calycis valvulae 3, aristæ terminatæ: harum infima aristæ multoties longior s. longitudine totius spiculæ; reliquæ aristæ vix flosculis duplo longiores. Rachis partialis a tergo setis tenuibus scaber est.
8. **PANICUM grossarium.** Culmus bipedalis, interdum ramosus, compressus, lœvis. Folia lato-lanceolata, europæis graminibus latiora. *Panicula simplex.* Racemi alterni, erecti, indivisi. Flores gemini: altero subsessili; altero pedicello longitudine floris prioris. Calycis foliolum extimum brevius; duo interiora obtuse mucronata.
9. **PANICUM divaricatum.** Culmus altus, rigidus, filiformis, lœvis. Rami divaricatissimi, horizontales, subramosi. Folia linear-lanceolata. *Panicula depauperata,* brevis, subsimplex: pedicellis bifidis: altero longiore. Calycis valvula exterior est superior & latior quam longa, ut reliqua mutica. Flores quadruplo maiores, quam in *Panico dichotomo.*
10. **MILIUM punctatum.** Paniculae rami simplices, alter-

- alterni, erecti, subvilloſi. *Flores* gemini, extre-  
sum versi. *Pedicelli* brevissimi, basi annulo fusco  
cincti: altero brevissimo. *Calyx* pubescens. *Se-  
mina* glaberrima.
11. AGROSTIS *cruciata*. *Andropogon* 5. Brown.  
jam. 365.
12. AGROSTIS *radiata*. *Gramen*. 3. Brown. jam.  
137. Simillima Agr. *cruciatae*, sed triplo major.  
*Spicæ* plures quam quatuor, & intra divisuram,  
ubi a se invicem dehiscunt, villosæ. *Flores* cum  
*A. cruciata* structura convenient.
13. POA *ciliaris*. *Briza* 1. Brown. jam. 135. *Culmus*  
filiformis, angustus, ramosus. *Folia* angusto-li-  
nearia. *Panicula* pedunculata, glomerata. *Spicu-  
læ* ovatæ: flosculis apice minus approximatis. *Ca-  
lycis* valvulæ subsubulatæ. *Flores* obtusi, vix  
manifeste recurvati: valvula interior pilis albis,  
longitudine calycis, pulchre ciliata.
14. CYNOSURUS *virgatus*. *Gramen* 7. Brown.  
jam. 137. *Gramen* erectum. *Panicula* longa, sub-  
fastigiata, verticillata pedunculis simplicissimis.  
*Flores* alterni, sessiles, compressi. *Calyses* 5 f. 6-  
flori: valvulis acuminatis, compressis, carina  
scabris. *Flosculi* duo infimi terminati arista bre-  
vissima; ultimus flosculus minimus, staminibus  
pistillisque destitutus.
15. ARISTIDA *americana*. *Gramen* Festucam re-  
ferens. *Culmus* ramosus. Differt ab *Aristida af-  
fensionis* quod radii *paniculæ* sint indivisi; *Spicu-  
lis* alternis e flosculis sessilibus, quorum valvula  
calycina purpurascens est. TE-

## TETRANDRIA.

16. **IXORA americana.** Arbor. *Folia* terna, longe petiolata, lanceolato-ovata, glabra, integerrima. *Stipula* singulis petiolis interjecta. *Corolla* Tubus & Limbus multo brevior, quam in reliquis Ixoribus.
17. **FAGARA Pterota.** Schænus *Fagara* Sp. pl. 389. Frutex *ramis* rugosis. *Folia* alterna, pinnata, tri-juga: petiolo communi marginato, articulato: *Foliola* obovata, integerrima, emarginata, glabra. *Spicæ* axillares, sessiles, geminæ.
19. **RHACOMA Crossopetalum.** Suffrutex statura Veronicæ. *Rami* dichotomi, pubescentes. *Folia* opposita, subpetiolata, ovata, mucronata, tenuissime acute serrata, subpubescentia. *Pedunculi* axillares, filiformes, pilosi. *Umbella* composita, 2 f. 4-chotoma, longitudine foliorum. *Pedicelli* capillares; *involucra* minima.
19. **BUDDLEJA americana.** Caulis tomentosus. *Folia* Verbaſci, serrata, opposita. *Racemi* terminales, oppositi, recti.
20. **ISNARDIA palustris.** Oldenlandia 2. Brown. jam. 146.

## PENTANDRIA.

21. **HELIOTROPIUM fruticosum.** Brown. jam. 151. n. 4. Frutex durus, parvus, vix spithameus.
22. **HELIOTROPIUM gnaphalodes.** Heliotr. arbo-reum maritimum tomentosum Sloan. jam. 93. hist. 1. p. 213. Frutex altitudine humana. *Folia* confer-
- ta,

- ta, linearia s. linear-lanceolata, obtusiuscula, integerrima, subcarnosa, albo-tomentosa, uti etiam ramuli. *Pedunculi* axillares, foliis longiores, saepe foliis duobus instructi, apice bifidi, singulo ramulo bifido, terminato *Spica* recurva, tomentoso-alba.
23. VARRONIA *lineata*. *Frutex* ramis subpilosis. *Folia* alterna, remota, lanceolata, acuminata, nonnullis crenis serrata, scabra, subtus tomentosa, nutantia, petiolata: *petiolo* brevissimo, articulato. *Capitula* subrotunda, solitaria, axillaria foliorum: *pedunculus* rectus, nudus, patens, subvilosus, folio brevior, basi petioli sua basi adnatus, cum rudimento ramuli inter pedunculum & petiolum; dumque petiolus pedunculusque connatus decidit supra basin, remanet rudimentum spiniforme.
24. VARRONIA *bullata*. *Folia* lanceolato-ovata, serrata, venosa, scabra, alterna. *Pedunculi* e ramificatione caulis, longi, recti, capitati.
25. IPOMOEA *verticillata*. *Convolvulus* 6. Brown. 153. *Caulis* & *Folia* levissime tomentosa. *Pedunculi* bifidi, multiflori, foliis breviores. *Calyses* glabri.
26. PSYCOTHRIA *asiatica*. *Folia* opposita, petiolata, lanceolata, integerrima, nuda. *Thyrsi* brachiati, e dichotomia caulis, foliis breviores.
27. RHAMNUS *Sarcomphalus*. Brown. jam. 179. *Folia* majuscula, rigidula. *Corymbi* axillares, breves, rigiduli.

- 28 RHAMNUS *Micranthus*. *Plum. ic.* 206. *f. 1.*  
*Folia alterna, petiolata, palmaria.*
29. EHRETIA *tinifolia*. *Cerafo affinis. Sloan. jam.*  
*169. hist. 2. p. 94. t. 203. f. 1. Raj. dendr. 45. Arbor facie Viburni Tini. Folia alterna, oblongo-ovata, integerrima, glabra, subvenosa. Panicula corymbosa, terminalis, longitudine foliorum.*
30. CORDIA *Bourreria*. *Jasminum. Sloan. jam.*  
*169. hist. 2. p. 96. t. 204. f. 1. Raj. dendr. 69. Arbor. Folia alterna, petiolata, obovata, obtusa, integerrima, nuda, scabriuscula, subtus tomentosa. Panicula terminalis, corymbosa. Calyx obovatus, semi-5fidus.*
31. TABERNÆMONTANA *Echites. Brown. jam.*  
*182. Caulis volubilis, teres. Folia opposita, petiolata, patentia, oblongiuscula, cordata s. ova- ta, integerrima, acuminata, utrinque glabra, subtus venosa. Rami alterni. Flores magnitudine Nerii, subumbellati. Semina papposa.*
32. RHUS *Metopium. Terebinthus maxima. Sloan. jam.* 167. *hist. 2. p. 90. t. 199. Raj. dendr. 51. Calyx monophyllus, cyathiformis. Petala calycis parieti inserta. Baccæ sicca: Semine unico, bilobo, arillato.*
33. RHUS *Cominia. Brown. jam.* 205. *Ramuli, Pe- tioli, Pedunculi subpubescentes. Spicæ uno al- terove ramo divisæ.*
34. TURNERA *pumilea. Pumilea 1. Brown. jam.*  
*188. Planta pusilla, vix pollicaris. Caulis simpli- cissimus, albo pilosus. Folia alterna, petiolata, lan-*

lanceolata, pilis raris adspersa, semipinnatifida: ferraturis profundis, integris, acutis, utrinque 5. s. 6. *Glandula* ad basin petiolorum nulla. *Flos* petiolo ipso insidet, *Bracteis* duabus, linearibus, minutissimis, pilosis instructus.

35. ARALIA *arborea*. Brown. jam. 189. Arbuscula. *Folia* alterna, petiolata, lanceolato-ovata, integerrima. *Pedunculus communis*, a casu pedicellorum decidiuorum, *Bracteis* spinosis quasi dentatus. *Umbella* composita! Radii umbellæ universalis, in medio, glandula notati: *umbellulae* breves, regulares. *Bacca* pentagona, 5-cocca, sed singuli anguli biloculares. *Calyx* superus. *Stylis*. *Hedera arbor folio hastato*. Plum. spec. 18.

### HEXANDRIA.

36. HYPOXIS *decumbens*. *Ornithogalum*. Brown. jam. 195. *Bracteæ* ad exortum pedunculorum lanceolatæ, pedicellis longiores sunt.

37. LORANTHUS *americanus*. Modus crescendi & habitus visci. *Rami* erectiusculi. *Folia* lanceolato-ovata. *Spicæ* oppositæ, compositæ, quasi ramosæ.

38. LORANTHUS *occidentalis*. *Scurrula* 2. Brown. jam. 197. Statura prioris. *Rami* divaricati. *Folia* ovata. *Spicæ* oppositæ, laterales, simplices.

### OCTANDRIA.

39. RHEXIA *Acisanthera*. *Caules* lignosi, virgati. *Rami Ramulique* alterni, acute tetragoni. *Folia* opposita, subpetiolata, oblongo-ovata, argute

gute serrata, nuda. *Flores* axillares, solitarii, pendunculati pedunculo floribus breviore. At *Rhexia virgininæ* Folia lanceolata, hispida & Pedunculi terminales trichotomi.

40. COCCOLOBA *tenuifolia*. Recedit a congeneribus: *Foliis* membranaceis, nec coriaceis. *Petiolis* cinctis membrana loco stipulae, nec exeunte de eorum dorso. *Racemis* terminalibus, simplissimis. *Floribus* sparsis e singulis punctis, pedicellatis.

## DECANDRIA.

41. CASSIA *viminea*. *Cassia* 8. *Brown. jam.* 223. *Frutex* ramis vix tomentosis. *Folia* bijuga: *Foliola* ovato-oblonga, acuminata, nuda: superiora majora. *Glandula* ovato-oblonga inter infimum par. *Petiolum* desinens in setam filiformem, brevissimam. Sub petiolo in caule provenit *squama* callosa, obsolete tridentata. *Racemi* ex alis foliorum.
42. CASSIA *biflora*. *Cassia* 6. *Brown. jam.* 223. *Plum. ic. 78. f. 1.* Statura Orobi nigri. *Folia* sexjuga. *Foliola* ovali-oblonga: exterioribus paulo majoribus, glabra, obtusa, mucrone setaceo minimo. *Flores* lutei. *Siliquæ* lineares, compositæ.
43. BUCIDA *Buceras*. Habitat ad ripas fluviorum. *Folia* ad ramorum tantum sumitates, conferta, petiolata, obovata, integerrima, glabra. *Spicæ* plures, pedunculatae.
44. ERYTHROXYLON *areolatum*. *Arbor* ramis super-

superficie inæqualibus. *Folia* alterna, ovalia s. ob-  
ovata, obtusa, lævia, subtus areola aliter venosa.  
*Stipula* oblongiuscula marginis instar per ramum  
oblique decurrentis & fere amplexans; cuius dor-  
so *Petiolus* est inarticulatus, qui decidens relin-  
quit basin tuberculum constituentem. *Pedunculi*  
e gemma axillari, plures, simplices, uniflori, pe-  
tiolis paulo longiores, filiformes, superne sen-  
sim crassiores.

### ICOSANDRIA.

45. MYRTUS *Zuzygium*. *Rami* dichotomi, albi-  
di. *Pedunculi* oppositi, multiflori, ad ultimam  
dichotomiam ramorum. *Folia* ovata, utrinque  
acutiuscula, glabra, bina, apices ramorum ter-  
minantia.
46. MYRTUS *Chytraculia*. Brown. jam. 239. Si-  
millima præcedenti: *Ramis* dichotomis, Foliis  
que duobus terminalibus; diversa *floribus* copio-  
sioribus, *ramis petiolis pedunculisque* tomento  
s. pube ferruginea (teste Brownio) vestitis, quam  
depositum.
47. MYRTUS *biflora*. *Folia* integerrima. *Pedun-  
culi* axillares, solitarii, alterni. *Umbella* biflora:  
*involucro* minimo.

### POLYANDRIA.

48. CAPPARIS *ferruginea*. *Rami* ferruginei, sca-  
briusculi. *Folia* lanceolata, petiolata, integrerri-  
ma. *Pedunculi* umbellati. *Umbella* simplex. *Ger-  
mina* obovata, stipiti insidentia.

**49.** MORISONIA *flexuosa* (*an americana?*) *Folia simillima Capparidi Breyniae*, sed angustiora, nunciantia, coriacea, petiolata. *Rami teretes, flexuosi.* *Pedunculi multiflori, breves, teretes.* *Pedicelli basi inarticulati.* *Stipes fructus longissimus s. longitudine foliorum.*

**50.** MENTZELIA *aspera*. *Planta tota adspersa setis apice pentaglochidibus.*

**51.** CORCHORUS *Coreta capsulis linearibus teretibus, foliis subcoriatis serratis: infima ferratura setacea.* *Coreta Brown. jam. 147.* distincta a *Corchoro siliquoso* *Foliis latis nec lanceolatis, sed infima ferratura setacea ut in Corch. olitorio.*

**52.** CLEMATIS *dioica*. *Planta scandens. Folia ternata: foliola petiolata, integerrima, 3 s. 5-nervia.* *Flores paniculati.* *Calyx pubescens.* *Stamina filiformia.* *Semina cauda villosa.* *Flores masculi in alio, fructus in alio specimine observantur, hinc monoica aut dioica erit.*

### DIDYNAMIA.

**53.** SATUREJA *vimea. Sideritis vimea. Brown. jam. 258.* *Caules tetragonii: angulis in senescente caule deciduis.* *Folia lanceolato-ovata, integerrima, lineata, interdum subtus tomentosa, interdum glabra.* *Flores parvi, in brevissimo pedunculo, terni.* *Involucra universalia partialiaque diphylla, setacea, calyce breviora.* *Calyses decem striis exarati, terminati dentibus 5, acuminatis, subæqualibus.* *Corollæ labium superius emar-*

marginatum; inferius trifidum: media lacinia  
majore. *Stamina distantia.*

54. *BALLOTA suaveolens. Mesosphærum. Brown.*  
*jam. 257.*

55. *CAPRARIA durantifolia. Phælypea. Brown.*  
*jam. 269.* Habitat in Jamaicæ inundatis. *Caulis*  
pedalis, obtuse sexangularis. *Folia* opposita s. ter-  
na s. quaterna, sessilia, lanceolata, serrata, ba-  
sin versus integerrima, ipsa basi dentata. *Rami*  
alterni, caule breviores, simplices. *Flores* axil-  
lares. *Pedunculi* solitarii, longitudine floris. *Ca-*  
*lyx* 5-partibus: Foliolis lanceolatis, acuminatis.  
*Corolla* ringens: Tubus longitudine calycis. Lab.  
superius erectum, latius, emarginatum; Lab. in-  
ferius 3-partitum, æquale. *Stam.* didyma, lon-  
gitudine tubi. *Stigma* obtusum, bilobum. *Capsu-*  
*la* ovata, acuta, bilocularis, dissepimento con-  
trario. *Semina* plurima, subrotunda.

56. *STEMODIA maritima. Herbæ Caulis tetrago-*  
nus, pubescens. *Rami* alterni, erecti, caule bre-  
viores. *Folia* opposita, lanceolata, sessilia, semi-  
amplexicaulia, erecta, subpubescentia, argute  
serrata. *Flores* axillares, solitarii, sessiles intra  
foliola duo lateralia.

57. *GESNERIA acaulis. Caules terræ adpressi in*  
rupibus. *Folia* ad ramorum apices, conferta,  
subpetiolata, palmaria, lanceolato-ovata, scabra,  
subtus venosa. *Pedunculi* communes, ad basin fe-  
re divisi. *Flores* brevissimi, conferti, pedunculati.  
*Calyx* urceolatus, ultra medium divisus in laci-  
nias ensiformes.

58. RUELLIA *Blechum.* Brown. jam. 261. *Caulis* herbaceus, obtuse *tetragonus*. *Folia* ovato-oblonga, acuminata, integerrima, petiolata. *Spinæ terminales*, magnitudine & fere figura *Humuli*, ex bracteis lato-ovatis: inferioribus acuminatis; superioribus obtusiusculis, imbricatis, calyce longioribus, flore paulo brevioribus.

59. ELLISIA *acuta.* Fruticulus *ramis* compressis, *tetragonis*. *Folia* opposita, subpetiolata, lanceo-lato-ovata, argute ferrata, glabra, mucronata. *Spinæ oppositæ*, horizontales, supra folia & ramorum rudimenta, adeoque pedunculorum rudimenta. *Racemi* ex alis foliorum superiorum, solitarii, simplices, foliis longiores. *Flores* nutantes.

### MONADELPHIA.

60. MELOCHIA *tomentosa.* *Melochia frutescens.* Brown. jam. 276. Capsulæ structura omnino *Melochiae pyramidatæ*, at pyramidatæ Herba tenuior & glabra, hæc vero tota tomentosa, etiam capsulis & *Flores* multo majores.

61. LAVATERA *americana.* *Caulis* frutescens, tomentosus, uti tota planta. *Folia* petiolata, oblongo-cordata, acute crenata s. denticulata, acuminata, nervosa, utrinque tomentosa, subtus pallidiora. *Stipulæ lanceolatæ*, deciduae. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, erecti, longitudine petioli. *Ramulus* etiam floriferus ex eadem ala folii. *Calyx* exterior major: foliolis cordatis, coadunatis, lèvissime tomentosis.

62. MALVA *spicata*. *Caulis* villosus, tomentosus.  
*Folia* petiolata, cordata, tomentosa, subtus magis tomentosa, venosa, crenata, absque angulis.  
*Stipulæ* subulatae, deciduae. *Spicæ* plurimæ, digitales, axillares, solitariae, pedunculatae; ad apices vero *caulis* plures, congestæ, sessiles: terminali adhuc longiore. *Flores* sessiles. *Calyces* hirti, interiore latere colorati.
63. SIDA *ciliaris*. *Malva* 2. Brown. jam. 282. Statura *Sidæ spinosæ*. *Caulis* filiformis, decumbens, rarius ramosus, scaber adpressis strigis. *Folia* petiolata, ovalia, retusa, serrata, glabra, subtus scabra stellis setaceis, sparsis. *Stipulæ* lineares, ciliatæ, petiolo longiores. *Pedunculi* solitarii, axillares, uniflori, breves. *Calyx* 5fidus. *Semina* saepius octo, dorso muricata.
64. SIDA *jamaicensis*. *Sida* 5. Brown. jam. 289. Herba annua. *Caulis* pedalis, subtomentosus. *Folia* petiolata, ovata, serrata, supra subtomentosa, subtus tomentosa. *Flores* axillares, nonnulli, pedunculis brevissimis, rarius ramulo elevati. *Semina* 5, dorso gibba, apice dibentata.
65. SIDA *umbellata*. *Sida* 11. Brown. jam. 281. *Folia* cordata, obtuse serrata, obsoleta tomentosa, superiora utrinque angulo minimo lobata. *Pedunculi* solitarii, bifidi s. trifidi s. quadrifidi, omnino umbellati. *Capsulæ* 5, apice bidentatae.
66. SIDA *paniculata*. *Sida* 8. Brown. jam. 280. Statura *Sidæ periplocifoliæ*. *Caulis* simplex, tenuis, teres, pubescens, bipedalis superne parum ramosus

sus paniculatusque. *Folia* cordata, oblonga, sensim acuminata, inæqualiter serrata, trinervia, subtus tomentosa & venosa. *Petioli* brevissimi, tomentosi. *Stipulae* subulatæ, petiolis longiores. *Pedunculi* capillares, foliis multoties longiores, recti, communiter bini: altero simplici unifloro; altero longiore ramoso aliquot floribus; geniculum pedunculi spatio a calyce remotum. *Stamina* plura. *Pistilla* 5.

67. SIDA viscosa. *Sida* 2. Brown. jam. 280. *Caulis* *Pedunculi* & *Petioli* pilosi ac tomentosi. *Folia* profunde cordata, crenata, venosa, utrinque tomentosa, rarissime utrinque angulata. *Petioli* longitudine foliorum. *Stipulae* lineares, longiusculæ, patentes. *Pedunculi* simplices, uniflori, longitudine fere foliorum, versus flores geniculati, solitarii, rarissime bini. *Calyx* capsulis brevior. *Capsula* subrotunda, depressa, obtuse 5-gona, 5locularis, levissime tomentosa. *Semina* solitaria.

68. SIDA urens. *Sida* 6. Brown. jam. 280. *Caulis* angustus, altus, herbaceus, hirtus uti petioli *Folia* *pedunculi* & *calyces*. *Folia* cordata, acuminata, ferrata, utrinque hirta. *Calyces* pyramidati, in *pedunculis* lateralibus nonnulli, ad apicem vero plantæ fere in spicam glomerati.

### DIADELPHIA.

69. POLYGALA paniculata. *Caulis* pedalis, filiformis, erectus, superne ramoso-paniculatus. *Folia*

*lia alterna, linearia, vix lanceolata, acuta, glabra. Racemi longi, laterales & terminales: Bracteæ planæ, deciduæ. Corollarum Alæ purpurascentes. Capsulae oblongæ, compressæ, vix emarginatæ.*

70. DOLICHOS *filiformis*. *Caulis filiformes, volubiles, vix manifeste pubescentes. Folia ternata, linearia, obtusa, mucronata, setata vix conspicue, longitudine ungvis, latitudine lineæ unguis: intermedio duplo longiore.*

71. DOLICHOS *repens*. *tota planta pubescens.*

72. ORNITHOPUS *tetraphyllus*. *Herbæ Caulis erectus, nudus, adspersus pilis vix manifestis. Folia alterna, petiolata, remota, quaterna: Foliola obovata, oblongiuscula, emarginata, integerrima, lævia, subæqualia. Petiolus communis canaliculatus, brevis. Partiales brevissimi vixque manifesti. Pedunculi axillares, solitarii, uniflori, nudi, petiolis longiores, terminati Bracteis 2, ovali-oblongis, deciduis, inter quas flos sessilis. Legumen rectum, teres, bracteis quadruplo longius, articulatum: articulis subrotundis, 10 pluribusve. Tota facie a congeneribus differt.*

73. GALEGA *cinerea*. *Caulis rectus, nec flexuosus, debilis, teres. Folia pinnata cum impari, 3juga s. 5juga. Foliola linear-lanceolata, obtusiuscula, interdum emarginata, semper mucronata, ad angulum acutum striata, subtus villoso-cinerea. Stipulae subulatæ. Racemi oppositifolii, longi, erecti. Flores solitarii s. gemini, pedicelati.*

lati. *Legumina* linearia, recta, divergentia, vix pendula, piloso-cinerea.

74. HEDYSARUM *Ecastaphyllum*. Simillimum *Hedysaro gangetico*, sed diversum petiolis ad apicem destitutis istis stipulis duabus setaceis.

75. HEDYSARUM *barbatum*. *Caules* prostrati, longi, villosi. *Folia* ternata: *Foliola* ovato-oblonga, subtus tomentosa. *Petioli* pilosi. *Stipulae* membranaceæ, ensiformes, apice subsetaceæ. *Racemi* axillares & terminales, solitarii, recti, longitudine foliorum. *Bracteæ* membranaceæ, cymbiformes, nudæ, acuminatæ, longitudine pedicellorum: *Pedicelli* gemini, uniflori. *Calyces* semiſſidi, pilis longis barbati, mox a florescentia recurvati. *Corolla* vix calycum longitudine. *Legumina* biarticulata, compresso-membranacea.

76. HEDYSARUM *hamatum*. *Trifolium*. Brown. jam. 298. *Ononis* Sloan. jam. t. 119. f. 2. *Caules* herbacei, glabriusculi: *Ramis* elongatis, alternis, decumbentibus. *Folia* ternata, lanceolata, ſæpius integerrima, nuda, oblique nervosa. *Stipulae* membranaceæ, amplexantes, apice utrinque setaceo. *Florum* *capitula* terminalia, demum lateralia, ſeffilia, foliola: *Bracteis* imbricatis, pubescentibus, bifidis, terminatis foliolo simplici, minimo, mueronato. *Flores* ſeffiles intra bracteas *Legumina* carinata, lateribus angulata, biarticulata: articulo exteriore terminato *Arista* ſubulata, recurvo-hamata, extra spicam eminentia. *a Viscosa* varietas. *Trifolium*. 2. Brown. jam. 299.

Sloan.

*Sloan. jam. t. 119. f. 1. Burm. zeyl. t. 106. f. 2.*  
*differt tota planta pubescente-viscosa Folia magis*  
*ovata, vix nervosa, ciliata.*

### SYNGENESIA.

77. **CHRYSOCOMA scoparia.** Fruticis *Cauliculus* hexagonus: *Ramis* alternis, numerosissimis, confertis in modum *Genistæ scopariæ*. *Folia* alterna, sublanceolata, integerrima, glabra, minima. *Flores* terminales, solitarii, minimi.
78. **SANTOLINA Anellus.** Statura *Eupatorii*. *Folia* opposita, petiolata, ovato-lanceolata, lavia. *Paniculæ* terminales, paucifoliae, brachiatæ. *Calyx* corolla dimidio brevior, subimbricatus. *Paleæ* longitudine florum. *Semina* tetragona, absque pappo.
79. **SANTOLINA jamaicensis.** *Caulis* fruticosi, angusti, teretes, obsolete tomentosi. *Folia* ovato-oblonga, scabra, trinervia. *Flores* terminales, sœpe terni: propriis pedicellis longitudine florum. *Calyx* imbricatus, coloratus. *Corolla* sangvineo-lutea. Statura *Chrysocomæ*, sed *Paleæ* coloratæ, longitudine calycis. *Semina* Pappo coronata.
80. **SANTOLINA oppositifolia.** *Caulis* rigidiusculus, simplex, erectus, angustus, striatus, pubescens. *Folia* opposita s. terna, subpetiolata, lanceolata, integra, triplinervia. *Pedunculi* ex foliorum ultimorum & penultimorum alis, longi, apice diphyllici, terminati *Spicis* albis, ovatis, subsessili

sessilibus, congestis. Semina nuda. Paleæ intermediæ longiores.

81. EUPATORIUM *haustum*. Scandens uti *Eupat scandens* & *Houstonis*, sed *Folia* triangulata hastata, basi cordata, acuminata, nuda nec villosa. *Flores* in spicis brachiatis, nec in corymbis minimis. *Calyces* 5-flori.

82. EUPATORIUM *odoratum*. 2. Brown. jam. 313. *Caulis* rectus, tomentosus. *Folia* opposita, petiolata, deltoidea, lateribus transversa, basi prominentia. margine inferiore angulis obtusis crassis ferrata. *Flores* fastigiati.

83. EUPATORIUM *ivifolium*. Similis *Eupat. hysopifolio*, sed *Folia* magis profunde trinervia, opposita, marginibus una alterave crena ferrata. *Calyces* subsquarroso, ultra 17-flori, *Stylis* longioribus.

84. BIDENS *apiifolia*. *Folia* radicalia prima obovata, inciso-ferrata; reliqua trifida, incisa. *Scapi* radicales, digitæ longitudine, nudi, in medio bractea linearis instruēti, uniflori. *Caulis* repentes, filiformes. *Folia* caulina alterna aut opposita, tripartita, incisa. Pedunculi uniflori. *Calyx* calyculatus: interiore colorato.

85. GNAPHALIUM *virgatum*. *Caulis* erectus, strictus, bipedalis. *Folia* alterna, remota, sessilia, decurrentia, lanceolata, obsolete ferrata, subtus tomentosa, laxa. *Rami* e singulis alis, terminati spicis longis, virgatis, simplicibus, interruptis, ex floribus sparsis: superioribus solitariis;

- tariis; inferioribus 2, 3, 4 congestis. *Calyces imbricati squamis acuminatis, cinereis. Pappus longissimus.*
86. CONYZA odorata 1. Brown. jam. 318. *Flores facie Gnaphalii, simillimi Conyzæ cinereæ, destituti etiam flosculis femineis.*
87. CONYZA arborescens. *Conyzæ fruticosa flore pallido-purpureo. Sloan. jam. 1. p. 257. Eupatorium 1. Brown. jam. 313.*
88. ERIGERON jamaicense. *Senecio 1. Brown. jam. 320.* Planta perennis. *Folia radicalia fere Bellidis, lanceolato-cuneiformia, longius petiolata, utrinque scabra, superne ferraturis utrinque duabus. Caulis digitæ altitudine, filiformis, pilosus. Folia caulina circiter tria, radicalibus similia: summo angustiore integerrimo. Flores statura Erigeri canadensis, duo s. tres, subterminales, pedunculati.*
89. TUSSILAGO nutans. *Leontodon 1. Brown. jam. 310. Dens leonis fol. subtus incano. Sloan. jam. 1. p. 255. t. 150. f. 2. Folia lyrata, denticulata, lobis apiceque obtusa, subtus albo-tomentosa. Scapus simplicissimus, absque bracteis, tomentosus. Flos nutans: Calyx squamis acutis. Differt a Tussil. Anandria quod folia apice non acuta; quod Scapus absque bracteis; quod Calycis squamæ non obtusæ; quodque Flos nutans.*
90. INULA Trixis. *Caulis frutescens. Folia alterna, petiolata, lanceolato-ovata, nuda, vix subtus tomentosa, dentata; floralia vero integerim.*

rima. *Flores* ramulorum terminales, pauci. *Calyx* exterior tetraphyllus: foliolis lanceolatis, erectis, longitudine calycis interioris. *Cal.* interior octophyllus: foliolis æqualibus. *Corolla* lutea, radiata, sed singularis. *Corollulae* omnes monopetalæ, bipartitæ: labio exteriore latiore, patulo, tridentato; interiore bipartito; *Corollulae* haec omnes conformes, sed majores in radio. *Statura Conyzæ*, cui etiam antheræ longius caudatæ.

91. AMELLUS *umbellatus*. *Caulis* tomentosus. *Folia* opposita, palmaria, lanceolato-ovata, trilinervia, denticulato-serrata, venosa, albido-tomentosa, supra lanuginem exuentia. *Umbella* terminalis: pedicellis longis: inferioribus saeppe umbellulatis. *Calyx* imbricatus squamis acutis, arctis.

92. COTULA *Verbesina*. *Tanacetum* 1. *Brown. jam.* 316. *Caulis* herbaceus. *Folia* cordata, rarius ovata, obtusa, petiolata, grosse ferrata. *Pedunculi* terminales, longi, saepius bifidi & biflori. *Facies Verbesinæ*.

93. PECTIS *ciliaris*. Herba annua. *Caulis* erectus, vix spithameus, dichotomus, passim nudus. *Folia* opposita, linearia, acutiuscula, basi ad medium ciliata setis remotis, subtus punctata, glabra. *Flores* axillares, sessiles. *Corollæ* luteæ, parvæ. *Semina* disci coronata setis 5, basi membranaceis; *Sem. radii* coronata setis 2.

94. PECTIS *linifolia*. *Tagetes* 2. *Brown. jam.* 319. *Radix* annua. *Caulis* sesquipedalis, brachiatus: *ramulis*

ramis oppositis, dichotomis, patentissimis. *Folia* opposita, linearia, subpetiolata, acuta, patentia, laevia, *Ramuli* ultimi dichotomi in pedunculos filiformes, uniflores. *Flosculi* disci 3; radii 5. *Semina* disci aristis 2; radii aristis 3, patulis.

95. COREOPSIS *reptans*. *Verbesina* 2. *Brown. jam.*

319. *Caules* longi, repentes. *Folia* opposita, petiolata, ovata, profunde serrata, nuda sed rarissimis pilis adspersa: inferiora simplicia; superiora ternata. *Rami* ex alis alternis, erecti-

96. SILPHIUM *trilobatum*. *Buphthalmum*. *Brown. jam.* 321. *Chrysanthemum repens*. *Sloan. hist.* 1.

*t. 155. f. 1. Moris. hist.* 3. *p. 23. Raj. suppl.* 210. *Herbæ Folia* opposita, sessilia, cuneiformia, subserata, acutiuscula, triloba: intermedio duplo majore.

97. LOBELIA *affurgens*. *Herbæ Folia* pedalia, latius lanceolata, ferrata, basi dentata: dentibus longis, patentibus.

### GYNANDRIA.

98. ORCHIS *habenaria*. *Caulis* pedalis. *Folia* ovalo-oblonga, ravel ultra, sensim minora. *Bracteæ* ovatæ, acuminatæ, germinibus breviores. *Germina* pollicaria. *Petala* 3 superiora conniventia, subcrenata; lateralia 2 ovato-oblonga, patula. *Labium* tripartitum: intermedia linearis, petalis paulo longiore; lateralibus duplo longioribus. *Cornu* filiforme, dependens, petalis 1 oplo longius.

99. SATYRIUM *plantagineum*. *Caulis* spithameus.

D

*Folia*

*Folia* petiolata, ovato-oblonga, nervosa; *petioli* inferne vaginantes, latiores. *Corolla* petala lateralia 2 patula. *Labium* oblongum, integrum. *Calcar* obovatum.

100. PASSIFLORA *normalis*. *Folia* tenera, basi cordata, trilobata: Lobo intermedio rectangulo, obsoleto, setula terminato; Lateralibus divaricatis, elongatis, linearibus, obtusis, subtus punctatis.
101. ARUM *auritum*. *Arum* 2. Brown. jam. 331. Sloan. jam. 1. p. 169.
102. ARUM *lingulatum*. 12. Brown. jam. 333.

### MONOECIA.

103. OLYRA *latifolia*. *Culmus* altus, articulatus, vaginis foliorum vestitus. *Folia* sessilia, ovata, omnium latissima, acuminata. *Panicula* simplex. *Flores* laterales numerosi, masculi: terminalis femineus, solitarius; pedicelli sursum incrassati.
104. OMPHALEA *triandra*. *Fruticis* *Folia* alterna, petiolata, palmaria, lanceolato-ovata, obtusa, integerrima, nuda. *Pedunculi* axillares, terni, uniflori, nudi, longitudine petiolorum.
105. TRAGIA *Mercurialis*. *Caules* plurimi, diffusi, filiformes. *Folia* petiolata, cordato-ovata, ferrata, obtusa, nuda. *Spicae* saepe 2, ad apices ramorum. *Bracteae* ovatae, acute dentatae s. sub-palmatae. *Flores* masculi superiores plurimi; feminei inferius pauci, in eisdem spicis.
106. URTICA *grandifolia* 6. Brown. jam. 337. *Folia*

- lia* petiolata, ovata, ferrata, trinervia, pedalia; petiolis brevissimis. *Stipulæ* oppositæ, utrinque solitariæ, ovatæ, obtusæ, integerimæ. *Racemi* longitudine foliorum, paniculati, divaricati.
107. AMARANTHUS *polygonoides*. *Sloan. jam. 1.* t. 92. f. 2. Calycibus infundibuliformibus obtusis singularis.
108. PHARUS *latifolius*. *Culmus* pedalis, geniculis ad basin sæpius duobus. *Folia* maxima, longitudine culmi, obovata, acuminata, resupinata. *Petioli* folio duplo longiores, ad medium usque vaginantes. *Panicula* rario, ereta: *Flores* feminei alterni, sessiles, remoti: pedicello masculo unifloro, juxta basin fl. feminei inserto, eiusdemque longitudine.
109. SAGITTARIA *lancifolia*. *Folia* statura Cannæ. *Scapus* simplex, pedunculis passim ternis uti in nostrate.
110. CROTON *glabellum* 7. *Brown. jam. 348.* *Folia* alterna, petiolata, glabra, tenera, pellucida, subitus glauca. *Pedunculi* longiusculi. *Fructus* lævis.
- 111 CROTON *glandulosum*. Statura Crot. tintorii. *Caulis* primo & secundo trichotomus; tertio & quarto dichotomus; demum *Spicæ* alternæ inter folia opposita, at priores ex divaricationibus caulis. *Folia* ovato-oblonga, obtusiuscula, profunde ferrata, supra scabra pilis stellatis, impressis supra venas; subitus vero magis. *Glandula* urceolata, flava, ad basin foliorum utrinque.

112. CROTON *lucidum*. Simile *Crot. Tiglio*, sed *Folia opposita*, lanceolata, ovata, acuta, minus ferrata, minime nervosa.
113. CROTON *humile* 2. Brown. jam. 347. Simile *Crot. moluccano*. *Caulis compositus*. *Folia venosa*, minime supra tomentosa aut margine repanda.
114. CROTON *flavens*. *Rami densissime tomentosi* uti *Phlomis*. *Folia cordata*, oblonga, acuminate, mucronata, utrinque tomentosa. *Petioli folio breviores*. *Spicæ in divaricationibus caulis*. *Tomentum omne constat stellulis pedicellatis*.
115. ACALYMPHA *virgata*. *Caulis erectus*, parum ramosus. *Folia brevius petiolata*, lato-lanceolata, acuminata, obtuse ferrata. *Spicæ axillares*, solitariæ: *Masculæ filiformes*, aphyllæ; *Femineæ distinctæ secundum totam longitudinem Bracteis alternis*, cordatis, inciso-ferratis. *Similis Acalyphæ virginicæ*, a qua differt quod altior, quod femineæ spicæ distinctæ a masculis, quod *Bracteæ plures*, quod *Folia brevius petiolata*.

## DIOECIA.

116. CECROPIA *peltata*. *Folia petiolata*, peltata, pedata, tenera, octo-palmata: lobis integris, acutis, supra scabra, subtus tomentoso-alba, nervis oblique transversis venisque transversissimis.
117. TROPHIS *americana*. *Folia alterna*, petiolata, oblonga, integerrima, glabra. Character proxime accedit ad *Urticam & Parietariam*.

118. ADE-

118. ADELIA *Ricinella*. Frutex. *Folia* e singulis  
gemmae nonnulla ut in Berberide, obovata, in-  
tegerrima, nuda, petiolata. *Pedunculi* ex iis-  
dem gemmis, 2 f. 3, filiformes, nudi, uniflori.  
*Calyx* pubescens.

119. ADELIA *Acidoton*. *Frutex* ramis flexuosis,  
rigidis. *Gemma* prominula in divaricationibus &  
ad angulos flexurarum caulis, exterius *Spina* mu-  
nita tenui. *Folia* associata ut in *Berberide*, obova-  
ta, integerrima, obtusa, nuda, parva, rigidula,  
venosa. *Pedunculi* ex iisdem gemmis, nonnulli,  
capillares, nudi, uniflori, longitudine foliorum.

120. CLUTIA *Cascarilla*. *Croton* 3. Brown. 347.  
*Ricino affinis odorifera*. Sloan. jam. 1. t. 86. f. 1.  
*Croton* foliis linear-lanceolatis glabris subtus ar-  
genteis. Mill. lex. Frutex. *Folia* alterna, sed  
sparsa ad divaricationes ramorum, facie Hippo-  
phaës, petiolata, glabra, subtus albido-tomen-  
tosa, ad basin ipsius folii a latere superiore *Glan-*  
*dulæ* 3, cylindricæ, elongatæ, apice, truncatæ,  
concavæ; an *Crotonis* species?

121. CLUTIA *Eluteria*. Arbor. *Folia* alterna, pe-  
tiolata, ovata, obtusa, integerrima, supra adspersa  
squamis orbiculatis; subtus iisdem tecta. *Race-*  
*mi* ramosi, axillares & terminales. *Flores* maris  
*Staminibus* 10, subulatis, longitudine corollæ. *An-*  
*theris* erectis, compressis. *Petala* 5, oblonga, obtu-  
sa, sessilia, patentia, quæ etiam in semina.

## POLYGAMIA.

122. MIMOSA *tortuosa* L. Brown. jam. 251. Frutex  
D 3 ramis

*ramis* subtomentoso-fordide cinereis. *Folia* 4-juga: *Glandula* impressa infra infimum par. *Foliola* 16-juga. *Pinnæ* obtusiusculæ, anteriore latere angustiores. *Pedunculi* 4 oppositi, axillares, tomentosi, nudi, longitudine foliorum. *Aculei* stipulares, rigidi, subpubescentes, foliis multo breviores. *Spicæ* globosæ, polyandræ floribus parvis.

123. PARIETARIA *microphylla*. *Urtica* 4. Brown. jam. 336. Habitus Herniariæ, saturate viridis. *Folia* opposita, petiolata, obovata: altero folio minore magis ovato.

124. VALANTIA *hypocarpa*. Statura Valantia cruciatæ. *Caules* herbacei, laxi, ut tota planta hispida. *Rami* alterni. *Folia* quaterna, sessilia, oblongo-ovata. *Pedunculus* axillaris, solitarius, uniflorus, folio brevior, e singulis foliorum alis. *Calyx* foliola petiolata. *Germen* superum. *Corolla* rotata, quadripartita tubo brevi. *Stamina* 4, Styli 2. Alii flores solum masculi.

125. APLAUDA *zeugites*. *Culmus* ramosissimus. *Folia* ovata, brevia. *Petioli* foliis breviores, excepta vagina culmum obvestiente.

126. ANDROPOGON *insulare* differt ab *Androp. noctante*, quod Aristæ desint; quod Calyx lanatus nec tantum pubescens; quod singuli flores proprio pedicello instruantur.

127. ANDROPOGON *barbatum* 1. Brown. jam. 364. *Spicæ* plurimæ, aggregatæ, terminales, secundæ, sessiles, longitudine digitæ. *Flores* sessiles, alterni. *Calyx* bivalvis, inæqualis, acuminatus, glaber, brevior,

vior, biflorus. *Flosculus sessilis* prior: *Gluma* petaloidea bivalvis: valvula exteriore ciliata lana alba longitudine flosculi, apice terminata *arista* recta, longitudine flosculi. *Flosculus pedicellatus* alter minor: *Gluma* corollina bivalvi: valvula exteriore imberbi, aristata.

### APENDIX.

**MACROCNEMUM jamaicense.** Brown. jam. 165.  
*Frutex ramis* compositis, inæqualibus. *Folia* opposita, lanceolato-ovata, subpetiolata, integerrima, lævia. *Paniculæ* trichotomæ, dichotomæ, vix foliis longiores. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, 5-dentatum. *Cor.* monopetala, infundibuliformis: *Tubus* brevis, cylindricus, fauce barbata; *Limbus* 5-partibus: laciniis patentibus, ovato-oblongis, apice incurvis. *Filamenta* 5, subulata, fauci inserta, brevissima. *Anth.* oblongæ, obtusæ. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudo corollæ. *Stigmata* 2, erecta. *Capsula* oblonga, inferne angustior, 2locularis. *Sem.* plurima, imbricata.

**LAETIA?** *Thamnia*. Brown. jam. 245. Arbor. *Folia* alterna, petiolata, lanceolato-ovata, integerrima. *Racemi* axillares, sœpe 3-fidi, 3-flori, involucellis minimis. Videtur affinis Capparidi, sed *Perianth.* 4-phylum, coloratum: foliolis orbiculatis, concavis, æqualibus, acutiusculis. *Cor.* O. *Stam.* Filamenta plurima, subulata, calyce breviora. *Anthæ* ovatæ. *Germen* ovatum, desinens in *Stylum* longitudine staminum. *Stigma* crassiusculum,

retusum.

T A N T U M.

# Till Herr AUCTORN.

I fjollig kärlek mången vågar  
Sin tid, sin frihet, lif och själ,  
At endast lefva annans trål:  
Er **eld**, min Vän, förfnuftigt lägar.  
Ett fåfängt prål, en sminkad hy,  
Ej kan Ert finnes lugn förstöra;  
Ty *Flora* fätt Ert hjerta röra,  
*Som* hvart år gör Er fägnad ny.



Till Er från alla verldens delar  
*Hon* ådla skatter med sig för;  
Hyad sinnet gladt och muntert gör,  
I *Hennes* fällskap aldrig felar:  
Hur kär *Hon* har Er Dygde-glans,  
Hos lärda Verlden kunnigt blifver,  
Når genom Er *Hon* honom gifver  
En täck *Jamaicas* Örte-Krans.

ANDERS RYDEN.